

lassen wir erst einmal den Wortlaut folgen. Wir wiederholen Cerutis Ausgabe des *Galvaneus Glamma* und behalten aus ihr auch den einleitenden Satz bei, da in ihn die ursprüngliche Überschrift eingegangen sein könnte.

Modus coronationis imperatoris in Roma.

Ordo coronationis imperatoris in Roma est talis, prout habetur in cronica kalendaria:

1. Instante tempore coronationis imperatoris in Roma, imperator vestitur veste bisina intesta auro et gemmis pretiosis, et habet in manu duas cyrothecas de lino bisino, accinctus ense cum calcaribus aureis. In capite portat dyademam, in dextra portat sceptrum et in digito habet unum annulum episcopalem, in sinistra habet pillam auream.

2. Tunc papa sustentat imperatorem in dextra et archiepiscopus Mediolanensis in sinistra, et tunc imperatorem ante portatur crux plena ligno dominico et lancea sancti Mauricii, et sic imperator vadit versus ecclesiam, ubi debet coronari¹⁾; et incipitur missa, et ante evangelium imperator consecratur et benedicitur. Finita missa imperator vadit versus pallatium suum et prandet; post prandium imperator induitur veste viridi, et in capite eius ponitur mitra alba habens desuper circulum patritialem, et vadit ad ecclesiam ad vespas.

3. Altero die papa de altari beati Petri sumit Romanam coronam et ponit super caput imperatoris, et vadit²⁾ ad scallarum gradus³⁾, ubi est senatus. Postea ascendit equum et equitat per omnes plateas, et ab omnibus alta voce salutatur; et cum pervenerit ad fores ecclesie Constantiane⁴⁾, ibi sedecim scole suscipiunt imperatorem, et cum mirabili letitia intrat ecclesiam et audit missam.

4. Tertio die coronatus pergit ad sanctum Paulum⁵⁾; quarto die coronatus vadit de ecclesia Bethleem⁶⁾ ad ecclesiam Yerusalem.⁷⁾

¹⁾ d. h. S. Peter.

²⁾ sc. imperator (Benzo seht caesar hinzu).

³⁾ d. h. vor S. Peter.

⁴⁾ d. h. S. Giovanni in Laterano.

⁵⁾ d. h. S. Paolo fuori le mura.

⁶⁾ d. h. S. Maria Maggiore.

⁷⁾ d. h. S. Croce in Gerusalemme.